



Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

Jtem exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur de proteruia Leonis Archiepiscopi Rauennatium ciuitatis. LIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

*Item exemplar Epistola eiusdem Pape, ad
Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur
de protervia Leonis Archiepiscopi Rauenna-
tium ciuitatis.*

LIV.

*Summ. 31.
Bar. &
Cent.*

SO M N O excellentissimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patrio Romanorum, Adrianus Papa... Peruenit ad nosco quod proteruus, & nimis arrogans Leo Archiepiscopus Rauennatum ciuitatis, suos ad vestram excellentissimam benignitatem, ad contrarietatem nostram, falsa suggestendo direxit Missos; etenim pre-cellentissime Magne Rex, postquam vestra Excellencia à ciuitate Papia in partes Franciae remeauit, ex tunc tyraunico atq; procacissimo intuitu rebellis B. Petro & nobis extitit, & in sua potestate diuersas ciuitates Aemyliæ detinere videtur, scilicet Fauentiam, forum populi, forum Liuij, Cesinas, Bobium, Comiadum, Ducatum Ferrariae, seu Imolas atque Bononias, assens, quod à vestra excellentia ipsæ ciuitates, vna cum vniuersa Pentapolii illi fuissent concessæ, & continuo direxit Theophylactum Missum suum per vniuersam Pentapolim hoc ipsum denuntians, cupiens eosdem Pentapolenses à nostro seruitio separare; sed ipsi nullo modo se illi humiliare inclinati sunt; nec à seruitio B. Petri, & nostro recedere maluerunt, magis autem firmi in nostris Apostolicis mandatis; quemadmodum extiterunt sub nostro prædecessore, domino Stephano Papa, cui sanctæ recordationis genitor tuus, simulq; & præclara excellentia tua ipsum Exarchatum, sub iure B. Petri permanendum tradidit, in omnibus firmiter permanere noscuntur.

Nam

Nam prænominatas ciuitates, ut dictum est, Æmyliae, ipse nefarius Archiepiscopus in sua potestate detinens, ibidem actores, quos voluit, constituit, & nos, quos ibidem ordinauimus, proicere visus est. Sed & cunctas actiones infra ciuitatem Rauennatum ipse ordinauit, & ecce quod numquam sperauimus, in magnam humilitatem sancta spiritalis mater tua, Romana Ecclesia venisse dinoscitur, & nos etiam in nimiam deminorationem atque despiciendi esse vide-
mur, dum ea, quæ potestatiue temporibus Langobar-
dorum detinentes ordinare ac disponere videbamur,
nunc, temporibus vestris, à nostra potestate impij atq;
peruersi, qui vestri nostrique existunt æmuli auferre
conantur, & ecce improoperatur nobis à plurimis no-
stris inimicis, exprobrantes nos & dicentes; quid vobis
profuit, quod Langobardorum gens est abolita, &
Regno Francorum subiugata? & ecce iam nihil de
his, quæ promissa sunt, adimpletum est, insuper & ea,
quæ antea B. Petro concessa sunt à sanctæ recordatio-
nis domino Pippino rege; nunc ablata esse noscuntur;
etenim illud, quod antefatus nefandissimus Archiepi-
scopus asserit proponens occasionem, in ea potestate
sibi Exarchatum Rauennatum, quam Sergius Archi-
episcopus habuit, tribui, nos, excellentissime fili, quæ-
admodum tempore domni Stephani Papæ, qui illuc
in Franciam profectus est, cui & ipse Exarchatus tra-
ditus est, ita & nostris temporibus eum sub nostra po-
testate disponere atq; ordinare volumus, & omnes in
hoc cognoscere possunt, qualem potestatem eius bea-
titudo, in eandem Rauennatum urbem, & cunctum
Exarchatū habuit, qui etiam Archiepiscopū Sergium
exinde abstulit, dum cōtra eius voluntatē agere, spiri-
tu superbīx, nitebatur.

d 3

Ete-

Etenim ipse noster prædecessor cunctas actiones eiusdem Exarchatus, ad peragendum distribuebat, & omnes actores ab hac Romana vrbe, præcepta eaurundem actionum accipiebant. Nam & iudices ad faciendas iusticias omnibus vim patientibus, in eadem Rauennatum vrbe residentes, ab hac Romana vrbe direxit, Philippum videlicet illo in tempore presbyterum simulq; & Eustachium quondam Duce, & ut plenius de hoc satisfacere Christianissima excellentia vestra potest, dignetur aduocare prædictū Philippum Episcopum, eoq; de huiusmodi re inquisito, certissime veritatem agnoscere potestis, quia omnia ita sunt, quemadmodum innotuimus, & non tibi placeat, bone & excellentissimi filii, ut in tantum despectum atq; humilitatis deminorationem sancta Dei Ecclesia Romana, spiritalis mater tua, quæ caput est omnium Ecclesiarum Dei, veniat, sed magis peto te corā Deo omnipotente, ut ita disponere iubeas, eundemq; Archiepiscopum sub nostra potestate contradere digneris, ut à nobis cunctus Exarchatus disponatur, sicut saepatus Dominus Stephanus, beatissimus Papa, temporibus sanctæ memoriae, genitoris vestri Domni Pippini disponere visus est, quatenus vestris felicissimis temporibus, ipsa sancta vniuersalis Dei Ecclesia, exaltata permaneat, & ex hoc in præsenti vita, suffragiis Apostolorum B. Petri & Pauli, regni gubernacula longo senio cum immensis victoriis possidere etiam & in futura beatitudine cœlestia regaa adipisci mereamini. Ecce enim magnopere direximus ad vestra regalia vestigia præsentē Anastasium, fidelissimū nostrum Cubicularium, cui & in ore posuimus quæ, nostra vice, vestræ excellentiæ enarrare debeat, quem in omnibus vobis commendantes cuncta illi credere, & ad nos cum

pro-

prospero nūtio & effectu causæ absoluere iubeatis. In-
columem excellentiā vestrā gratia superna custodiat.

*Item exemplar Epistole ad Domnum Caro-
lum Regem directa per Gausfridum Abbatem, in qua conti- * B. & Cet.
netur de victoria ipsius prædicti Regis, & de Episcopis Pisano, Ausfridū.
& Lucano, ut ad proprias sedes atq; Ecclesias profusa
pietate remeare concederet.*

L V.

DOMNO excellentissimo filio Carolo, Regi ^{summ. 26.}
Francorum, & Langobardorum, atq; Patricio ^{Bar. &}
Romanorum, Adrianus Papa. Reuersus à ve- ^{cent.}

stris à Deo dilectis regalibus vestigiis præsens Gausfri-
dus habitator ciuitatis Pisanae; nostrisq; præsentatus
obrutiibus, retulit nobis de immensis victoriis, quas
vobis omnipotens & redemptor noster Dns Deus, per
intercessiones B. Petri, principis Apostolorum, conce-
dere dignatus est, sed & de vestra prosperitate nos cer-
tos in omnibus reddidit. Quo auditu, vehementi ex-
ultationis lætitia noster in Dño ouans releuatus est a-
nimus, & protinus, extensis palmis ad ethera, Regi Re-
gum, & Dño dominantium opimas laudes retulimus,
enixius deprecantes ineffabilem eius diuinam clementiam,
ut & corporis sospitatem, & animæ salutem vobis tri-
buat, & multipliciter de hostibus victorias tribuat, om-
nesq; barbaras nationes vestris substernat vestigiis.

Et certe, crede nobis magne Christianissime Rex,
bone præcellentissime fili, maximam habero fiduciam,
quia dum tu fidei studio in amore ipsius principis Apo-
stolorum, secundum tuam promissionem, permanseris,
& cuncta eidem Dei Apostolo adimplere studueris, &
salus tibi & immensa victoria ab omnipotenti Deo tri-
buerit inde sine ter, & quidem nos Deum proferimus
testem,